

catoche, catalepsis, lethargus, phrenitis, ac omnis cephalalgia, quæ non nisi capitum affectus esse possunt. Paralysis quoque atque conuulsio duntaxat nervos ophthalmia, hypochysis, hoc est suffusio, glaucoma, oculos, polypus, ozena narres: columella gargarionem: omnes denique cyanichies differentiæ tantummodo laryngis musculos occupant. Item, fames, sitis, ^Avolimia, nausea, vomitus, singultus, ructus, cibi fastidium, malacia ventriculi febres cordis duntaxat affectus proprij sunt, nec ulli alijs membro conuenire possunt.

Quas affectas partes, & quos affectus color indicat.

C R P. VI.

Non quacunque humani corporis parte calor præter naturam tactu percipitur, ibi calidam intemperiem inesse significat: que, si in vniuerso corpore diffunditur, febris est. Huius autem intemperie tres differentiæ sunt. Una enim ephemera, hoc est diaria dicitur, cuius causa semper externa est & evidens, nec cum horrore, aut rigore, frigoreve incipit, & intra viginti quatuor horas omnino definit. Hanc nulla comitantur sœua symptomata, nec vehementis capitum dolor, neque magna corporis

B